Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41832
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

philippo autem fratre eius tetrarcha ituree et trachonitidis regionis: et lysania abilene tetrarcha sub principibus sacerdotum anna et caypha factum est verbum domini super iohannem zacharie filium in deserto. Et venit in omnem regionem iordanis predicans baptismum penitencie in remissionem peccatorum. Sicut scriptum est in libro sermonum ysaie prophete. vox clamantis in deserto: parate viam domini: rectas facite semitas eius. Omnis vallis implebitur: et omnis mons et collis humiliabitur. Et erunt prava in directa: et aspera in vias planas. Et videbit omnis caro: salutare dei Off:

Ave maria gracia plena dns tecum benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui

Sacrifi Secreta:

Suscipe presentibus quesumus dne placatus intende: vt deuocionis nostre proficiant et salutem. per do: Comunio

Ecce virgo concipiet et pariet filium et vocabitur nomen eius emanuel Comp:

Sumptis domine muneribus quesumus: vt cui frequentacione ministerij celebrat nostre salutis effectus per do: